

consideras similitudinem infinitum erat discrimen; nam est ille infiniti Verbi sit vox, finitis tamen circumferibitur terminis: Verbum verò infiniti a pefectionis continet thesaurum. Quomodo ergo Herodes Joannem cum Christo, vocem cum Verbo, stellam cum Sole vult confundere; Pulchre D. Chrylogus serm. 172. Verum ait, ait, nam sicut in Christo sus resurgunt, ita in suis ipse patitur Christus: & sicut honor capitis ad membra pertendit ita membrorum pena ad dolorem capitis, ad capitis redundat injuriam. Christus suorum labores maxime aestimans, illorum doloribus simul sauciatur, ac in suis pati non dedignatur; patiebatur ergo Christus amoris affectu in Joanne: & hoc sensu verum dicit Herodes: Quem ego decollavi Joannem, hic surrexit a mortuis. Non quia liceat, Christum cum Joanne confundere; sed sicut dolor membri transit in caput, sic dolor, & mors Joannis in Christum, tanquam in caput, derivatur: Nam sicut in Christo sus resurgunt, in suis ipse patitur Christus. Ac proinde sicut quando Joannes moritur, videbatur mori & Christus, sic & quando Christus exurgit, & manifestatur, per miracula in mundo, videtur quod Joannes exurgat, & manifestetur. Sicut honor capitis ad membra pertendit, ita membrorum pena ad dolorem capitis.

D. Chryl.

Suorum morte Christus afficitur, tanquam propria

QUESTIO XX.

Quare Christus dicitur Princeps Regum terre, postquam appellatus est primogenitus mortuorum, expenditur ipsa textus series.

146.

Christus appellatur Princeps Regum terræ, non tantum quasi maximus omnium Regum, sed tanquam omnibus illis imperans, ut quos voluerit, valeat Reges creare, quosque voluerit, valeat à regno deponere, ac eorum potentiam compescere, & auctare; proindeque maxime consolatur omnes fideles, ut nihil timeant à tyrannis, cum eorum potentiam possit annihilare, suosque reges regum facere, hic per gratiam, ac invictam fortitudinem, in altero seculo per gloriam, & beatitudinem. ac in iudicio finali judicantes, ut mundi Principes, duodecim tribus Israël; & ita de eo dicitur cap. 19. Rex Regum, Dominus Dominantium.

147. Richard.

Secundo Richardus Victor. cap. 2. Quidam quidam igitur in mundo, rellam ab ipso accipit ordinationem, & in futuro sustam ab ipso recurret beatitudinem; & omnium Princeps est, quia ab ipso est & potestas secularis, & cura pastoralis, & singularis solertia cujuslibet fidelis. Christus dicitur Princeps Regum terræ, prout dominatum obtinet in omnes, qui sibi subiectos regunt, quidam sunt Domini seculares quidam Præsules Ecclesiarum, alii, ut quilibet nostrum semetipsum regunt, super hos omnes Christus dicitur Princeps Regum, ac dominatum, ut omnium Dominus: Ab ipso est, & potestas

Omnes à Christo habent ordinationem, & potestatem.

secularis, & cura pastoralis, & singularis solertia cujuslibet fidelis.

Tertio. Andreas Cæsariensis. Alia ratione, ait, Princeps Regum terra appellatur, quia peculiariter in illos animatum obtinet, qui terrenis cupiditatibus imperare deiecerunt. Christus dicitur Princeps Regum terræ, non solum eorum, qui potestate seculari, vel spiritali donantur, sed etiam eorum, qui sciunt suis cupiditatibus præesse, hi enim etiam Reges dicuntur. D. Gregorius Magn. lib. 1. Moral. cap. 9. Qui membrorum suorum motus regere sciunt, non numerò Reges vocantur. Divus Bernardus: Reges sunt, qui motus suos sciunt regere. Horum etiam Regum Christus dicitur Rex, & Princeps, ab eo enim hi habent potestatem, & robur, ut suos motus, ac appetitus valeant compescere, ac refrenare.

148. Andr. Cæf.

A Christo est potestas ad reprimendos appetitus.

D. Greg.

D. Bernard.

Quarto. Notanda ac expectanda est series textus: Primogenitus mortuorum, Princeps Regum terræ. Ecce Joannes de Christo duos gloriosos titulos hic scribit, primogenitum mortuorum, & principem Regum terræ: è quibus prior mortem, secundus principatum designat, ille ut excellentior prius ponitur, hic ut inferior potius, ac si gloriosus fuerit Christo D. pro suis mori, quam universo orbi imperare Observat D. Hieron. quod Christus D. aperta luce, omnibus spectantibus moritur, surgit verò sub noctis silentio, inter nocturnas tenebras, omnibus arbitris remotis, cu us mysterii ea est ratio, quia gloria morientis antependa quodammodo videbatur majestati resurgentis, unde hæc inter densas noctis tenebras sit illa verò ad claram lucem, ac omnium oculos reservatur.

149. Gloriosior Christo mors pro nostra salute, quam regnandi dominatio.

D. Hieron.

Præcepit Deus Moysi Exod. 40. n. 5. Ponet altare aureum, in quo adoleatur incensum coram arca testamenti; tentorium introitus tabernaculi ponet, & ante illud altare holocausti. Ecce duo altaria & utrumque Christum significat, sed quod aureum est, velo contegitur, alterum nempe holocausti coram omnibus patet, unde tanti discriminis ratio? Cum aureum potius videbatur manifestandum, illud verò holocausti occultandum. In altari aureo representabatur Christi majestas, ac Regia potestas, in ara holocausti oblatio mortis Christi, hinc illa occultatur, hæc manifestatur, ac si illustrius, & gloriosius esset Christo pro suis mori, quam suprema majestate regnare, ac triumphare D. Cyrill. Alexandrin. lib. 4. in Joan. cap. 28. Clabatur primum, quia occulta, atque recondita est gloria Christi, alterum autem vulgo patebat, quia mors ejus omnibus patet.

150. Illustrior mors Christo, quam Regia potestas.

D. Cyr. Al.

QUESTIO XXI.

Quare Joannes ait de Christo, qui dilexit nos, & lavit nos sanguine suo.

In limine questionis noranda est textus series, ait Joannes de Christo: Princeps Regum terra qui dilexit nos, & lavit nos sanguine suo. Valde mirè hæc duo,

151. D. Chryl.

duo, seu tria copulantur: Princeps Regum terra, deinde, dilexit nos, & lavit nos sanguine suo: ac si proprium Regis sit, suos intimè diligere, ac pro eis mortem subire. si necesse fuerit: hinc cum Regem vocat, adjunxit, lavit nos in sanguine suo. Cur potius non ait: Princeps Regum terra, super omnes dominatum, ac principatum exercens, sed, dicitur nos, & lavit nos in sanguine suo: Optimus sanè ordo, cum dicitur, Princeps Regum terra, additur, dilexit nos, & lavit nos sanguine suo. Amor ad mortem impellit, quam optimus princeps pro suis non recusat. D. Chrylostom. sermone 6. de Passione: Miraris, ait, si pro nobis posuit quod suscepit ex nobis, qui fecit propter nos tanta, & talia largitus est nobis. Quantum virtus, potestas, ac magnificètia creantis, operum contemplatione, lucebat, tantum latebat dilectio Dei, tantoque Dei charitas habebatur obscurior. Subiectis dare, donare servis, est usum liberalitatis indicium: pati pro subiectis, pro servis mori, insigne est charitatis immensa documentum si singulare est hoc amoris argumentum.

Optimi principis, suos diligere, & pro eis vitam dare.

D. Chryl.

152.

Ad questionem juxta nostram Vulgaram, Joannes scribens ad Episcopos Asiae ac ad omnes fideles, de Christo dicit: Qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ut ejusdem Christi exemplo fideles ad mortem perferendam excitentur, & accendantur. Si enim Christus ita dilexit nos, ut suum sanguinem funderet, quo nos à peccatis nostris ablueret, ac à perpetua morte liberaret; decet etiam, ut nos pro ejus amore usque ad sanguinem certemus, & nullam tormentorum acerbiteriam pertimescamus. Juxta illud 1. Joannis 3. num. 16. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere, & cap. 4. num. 19. Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. D. Laurent. Justin. cap. 17. Tunc verè aeterni Regis vexillum erectum est, cum in Crucis stipite confixus est Christus; tunc ad pugnam animata sunt corda fidelium, tunc ad debellandas contrarias potestates, atque ipsum capessendum Cælum incensa sunt fidelium mentes, quis pugnare refugiat? quis patri recuset, cum Anglorum Regem, & hominum, in Crucis cognoverit pendere supplicio.

Christi mors ad nostram mortem tolerandam excitat. 1. Joan. 3.

D. Laur.

Adverte, quod textus Græcus habet in Dativo: Diligenti nos. Hic Dativus videtur irrephisse pro Nominativo. Ita Viegas, Ribeira, Chernelius; nisi dicas cum Areta, quem sequitur Alcazar, quod refertur ad id, quod sequitur: ipsi gloria; id est, Christo diligenti nos sit gloria.

Secundo, & ad questionem. Richardus: Qui dilexit nos, ait, per charitatem, lavit nos per passionem, dilexit nos compatiendo, lavit patièdo; quia dilexit nos, ideo lavit, non enim lavasset, nisi dilexisset nos; lavit nos à peccatis nostris originalibus, & actualibus, spiritalibus, carnalibus, & venialibus in sanguine suo. Non solum ait Joannes, dilexit nos, sed etiam lavit nos; ut apertum, ac notum sit, quod dilectio Dei in nos, non solum sit verbis, sed etiam operibus & adeo magnificis, ut sanguine suo proprio nos ablueret, & munderet à peccatis.

Tertio. Divus Bernardus Senens. lavit, ait, nos lavacro quintuplici: primum est salutaris gratia, & munda à peccatis, secundum est baptismatis regenerationis; & munda à culpa originali: tertium est penitentialis compunctionis, & hoc munda etiam à peccatis: quartum sapientialis instructionis, & illud munda ab ignorantia intellectuali: quintum est penalis afflictionis, & illud munda à miseria mundali: Lavit igitur, quintuplici isto lavacro, sanguine suo, sex vicibus, primum in circumcissione, secundo in oratione, quando factus est sudor ejus, velut gutta sanguinis: tertio in flagellatione; quarto in spinarum coronatione: quinto in crucifixione: sexto in lateris perforatione. Sat erat dicere, salvavit nos, redemit nos; sed ait, lavit nos, cur utitur Evangelista hoc verbo lavit, cum una gutta sanguinis esset sufficiens? ait, lavit nos, ut indicet, quàm copiosa apud eum fuerit redemptio nostra. Psalm. 29. ut tanta fuerit copiosa sanguinis ejecti, ut lavaret nos, totumque genus humanum; & prævi amoris, hoc non tantum semel, sed sex in circumcissione, in horto, in flagellatione, in corona spinea, in crucifixione, in lateris vulnere.

153. D. Bern.

Christus ad amoris copiosè, ac multipliciter nostram.

Quarto. Divus Cyprianus lib. de passione Christi: Jam, ait, sanguis tuus Domine, non querit ultionem; sanguis tuus lavat crimina, peccata condonat, ut olim ultionum Deus, modo miseris, & parvis his, qui offenderunt, sanas contritos corde, & alligat vulneratos. Considera mirabilem rerum commutationem factam sanguine Christi: sanguis Abel clamabat vindictam. Genes. 4. num. 10. sanguis Christi non querit ultionem. Sanguis potius foedat, & maculat, quàm lavat, ac dealbat. Hinc dicitur, Isai. 1. num. 25. Manus vestra piene sunt sanguine. At hæc est mira vis sanguinis Christi, quod abluit, & dealbet: Lavit nos sanguine suo. Et Apocal. 7. num. 14. dealbaverunt stolas suas in sanguine Agni: Aliorum sanguis accusat, & condemnat, ut veniat super vos omnis sanguis à sanguine Abel just. Matth. 23. num. 35. At sanguis Christi peccata condonat: Deus olim dicebatur, Deus ultionum Dominus; at verò nunc, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, 2. Corinthior. 1. num. 3.

154. D. Cyprian.

Sanguis Christi misericordiam diffundit.

Gen. 4.

Isai. 1.

Apocal. 7.

Matth. 23.

Quinto M. Baëga tom. 4. in Evangel. lib. 18. cap. 7. §. 20. considerat, quàm dispari modo se habeat sanguis Christi erga perfidos, ac fideles; nam impii Judæi Matth. 27. numer. 25. clamabant: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros: sic Christi sanguinem petunt, tanquam gladium: sub quo illis necessum sit perire. At in præsentia ait Joannes: Qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Ecce eadem Christi mors, idemque Christi sanguis illis est, ut gladius, nobis verò ut salutariferum lavacrum, illi sanguinem Jesu desuper venientem, ut malum; imprecantur; nos præ manibus illum habemus, ut eo lavemur, ac sanctificemur; ac intellectus visum acuiamus. Unde tam latum discrimen? nisi ex eo, quod illi perfidi, nos fideles sumus: & sicut mors, & sanguis Christi fugit perfidos, eumque ab eis abscondit, ac difficilem reddit,

157. Baëga.

Matth. 27.

D Chryf. sic & fideles diligit, illumque eis manifestum ac benignum, & benevolum ostendit D. Chrysofom. homil. de Cruce, & Larrone: Sanguis Christi, ait, illis ad mortem, nobis ad vitam: non est enim sanguis Christi deterior Babylonic igne. Ille scilicet Sanctorum in camino honorare corpora, & Chaldaeos comburere, quanto magis sanguis ille pretiosissimus scilicet perdere incredulos, & salvare fideles? Decuit enim splendorem Crucis obcurare infideles, & illuminare credentes: sola enim Christi Crux est, qua dissolvit tenebras, & regnum demonum dissipavit; Crux nobis solus iustitia facta est. Ecce a sanguine, ac Cruce Christi mors, & vita; caligo, & lux oritur, nobis fidelibus lumina praebet quo Dei filium agnoscamus, & videamus: perfidis autem, ac rebellibus, Crucis occasione, major caecitas, & tenebrarum caecitas oritur, cum mors, & Crux Christi eis inlerviat in scandalum; siquidem Babylonicus ignis fidelibus pueris filii Dei societatem clariorem effecit, perfidos Chaldaeos in cineres redegit.

158. Innoc. 3. Sexto Innocentius III. lib. 4. mysteriorum Missae ait: Non solum lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo, quando sanguinem suum fudit pro nobis in Crucis patibulo: verum etiam quotidie nos lavat a peccatis nostris in sanguine suo, quando ejus sanguinem nos accipimus in Calicis poculo. Non lavit nos tantum semel Christus Jesus, sed quod semel fecit, facere non definit quotidie, lavans, & sanctificans nos a tatis Calice; unde moneam cum Ansberto hic: Inter haec studendum, ne semel abluit per sanguinem Christi, iterum inquinemur sordibus saeculi.

159. D August. Septimo. Divus Augustinus in Psal. 102. Redemptor noster egit hic commercium, iam pretium solvit, sanguinem fudit; sanguinem, inquam, fudit unicus filius Dei pro nobis: o anima erigere, tantum vales, Nil homine adjectius, & humiliter, & tamen Deus homo pro eo dedit suum sanguinem infiniti valoris, ut nos lavaret a peccatis nostris: o quanti pretii una anima hominis est apud Deum, ut homo quodammodo Deum valere videatur; pro quo accipere Eucherium Lugdunens. homil. 2. de symbolo, ac si, tanquam in statera ad pondus, ponatur ex una parte anima hominis, ex altera vira ipsius Dei pro ea pretium solvens, sic ait praefatus Lugdun. In ritina ergo Crucis, non aurum vel argentum, non aliquid Angelicum, sed semetipsum passus est Auctor salutis appendi, ut homini, qui ab statu suo degeneraverat, natura suae dignitatem, vel ipsa ostenderet pretii magnitudo O infinita Dei bonitas, tanquam si in bilanci vita hominis; id est, ejus salus, esset ex una parte, & ex altera vira ipsius Dei; & tamen vi amoris plus aestimationis extitit salus hominis, ut pro ea Aeternus Pater Filio suo non pepercerit, sed pro nobis eum morti tradiderit, in lavacrum redemptionis humanae.

160. Amor creaturarum, est sanctissimus, dolorem aliquem importat. Octavo. Ait textus: lavit nos sanguine suo non aqua, nec sanguine alicujus, sed proprio sanguine effuso nos lavit, ad quid res tam alta, & sublimis necessaria? potuit filius Dei facilliori lavacro nos mundare, ac purificare, ad quid tantis penis, ac tormentis hanc abluitionem nobis vult exhibere? Rationem indicant

verba apposita: Dilexit nos: Reus erat amoris creaturarum, & licet talis amor esset sanctissimus, ac ab omni imperfectione alienus, tamen repletus fuit dolore, tormentis, spinis, flagellationis, ac omnimoda sanguinis effusione. D. Chryf. Chrysofom. homil. 6. de Passione: Christus intrat carnis injuriam, subit contumelias passionum, poenarum genera percussit, mortem suscepit per amaram, quia damnari voluit, qui quod fecerat, sic amavit. Ecce Christi amor ad creaturas, est omni sanctitate, ac iustitia plenus, tamen multis tormentis, ac sanguinis effusione fuit undique repletus; quia damnari voluit, qui, quod fecerat, sic amavit.

de Aeterno Parente ait d. Joan. 3. num. 16. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. Habuit Aeternus Pater amorem ad creaturas, & idem fuit, quod ad eas extenderet suum amorem, ac quod simul dispendia suscipere, & quodammodo filii orbitatem pateretur. D. Ambros. lib. 1. de Jacob. cap. 6. Pulchro verbo, ait, usa est Scriptura, ut Dei Patris erga te pium propositum declararet, qui morti pro te totum obtulit. Considera affectum Patris. Quod pietatis est, quasi morituri filii suscepit periculum, quasi orbitatis hausit dolorem; ne tibi periret fructus redemptionis. Tantum fuit Domino studium tuae salutis, dum te lucraretur. Ille propter te dispendia nostra suscepit. Amor creaturarum secum semper defert aliquam noxam; etiam in deo nescit esse sine aliqua imagine, ac dispendii umbra: Quasi morituri filii suscepit periculum, quasi orbitatis hausit dolorem.

Apoc. 1. n. 6. Et fecit nos regnum; & Sacerdotes Deo, & Patri, ipsi gloria, & imperium in saecula saeculorum. Amen.

VERSIONES. Arabicus. Et fecit nobis regnum, & Sacerdotes. Tertul. Vatabl. Et fecit nos reges, & Sacerdotes Deo, & Patri suo. Syriacus. Et fecit nobis regnum Sacerdotale Deo, & Patri suo, cui gloria, & potentia. Arias. Ipsi gloria, & robur.

EXPOSITIO IV. ECIT nos regnum: Regnum, nempe deo, per Christum constituimur, quando per fidem ipsius vivam, ac gratiam ejus sanctificantem, verè in nobis deus regnat, dicente ipso: Regnum Dei intra vos est. Luc. 17. num. 21. fecit ergo nos deo regnum in hoc saeculo per gratiam; quia tunc nos caelesti regno adscribit; scilicet etiam in futuro saeculo nos regnum, per gloriam, & beatitudinem. Alii Codices habent: Reges, Regnamus

Regnamus enim cum ipso, & imperamus hic viciis, & in futuro saeculo morti, ac miseriis omnibus. Et Sacerdotes: Et quidem proprie dictos, si spectes Pastores, & Praefules Ecclesiae: mylticos verò, si hoc ad omnes fideles extendas: hoc sensu omnes Christi fideles dicuntur Sacerdotes, vel eo quod sint viva membra summi Sacerdotis Christi Domini; vel quia semetipfos quotidie per compunctionem cordis, & orationes, caeteraque bona offerunt deo, sicut dicitur Psalm. 50. num. 9. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, & Psalm. 49 n. 14. Immola Deo sacrificium laudis. Ipsi gloria, & imperium. Alcazar in ellgit; est, quod affirmationem dicit Alii communiter intelligunt, sit, quod est vehementer optantis; optare enim debemus, ut omnes Christum adorent, & colant, & ut ipse in omnibus imperet. Amen, nomen est Hebraicum & ob suam excellentiam translatum non fuit ab Interpretibus: in suo significato involvit quandam fidelitatem, veritatem, ac stabilitatem. Septuaginta pro hac dictione Amen, vertunt, semper fiat; alii, ita verè est, seu verè sit.

163. Cuncti fideles se offerant Deo. Psalm 50. Psalm 49. 164. Alcazar. Amen quid significat.

QUESTIO XXII.

Quare postquam Ioannes dixit, quod Christus lavit nos a peccatis nostris, subdit: Fecit nos Reges, & Sacerdotes?

Sic Joannes de Christo: Lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum, & Sacerdotes. Notandum maxime est proportionatus, & convenientis ordo: prius nos redemit, ac lavit a Daemonis potestate, & vitiorum turpitudine; deinde nos fecit reges Deo, ac Patri suo. Rupertus: Rex, & Sacerdos solus erat Iesus; Reges, & Sacerdotes facere de servis peccati proposuerat, & idcirco sanguinem fundebat. Ecce fructus sanguinis Christi, ut Daemonis captivi, vitiorum mancipia, ac peccatorum servi, in tantum splendorem sublevarentur, ut reges constituerentur, Daemoni dominantes, vicia, ac turpitudines conculcantes. Secundo. Idem Rupertus. Non ad servitutem, ait, nos emis tam caro pretio, sanguine suo; sed ut faceret nos regnum. Valde rectus ordo; prius nos sanguine lavit, deinde reges constituit: participatio enim ejus sanguine, regia dignitate fulgemus, nihil enim non regium, ubi Christi sanguis operatur.

Cum ingressus esset David Achis aulam, statim à Palatinis rex est appellatus, ac praedicatus 1. reg. 21. num. 11. Dixerunt enim servi Achis ad eum, cum vidissent David: Nunquid non iste est David Rex terra? Nunc primum rex est appellatus; à nemine antea David rex est dictus; quamvis enim esset à Samuele unctus, hoc erat maxime in secreto. & mihi me in vulgo notum Et licet in victoria Goliath feminæ acclamantes, ipsum Sauli in triumpho auderent proferre, ejus tamen regnum nemini esse manifestum, si ergo tanto applausu à

nemine Rex est praedicatus, quomodo nunc fugitivus; & in vili fugitivi habitu Rex est acclamatus: in quoniam modo ejus Regius splendor enituit? Esti modo profugus aderat David, tamen sacros propositionis panes (in quo sacra Eucharistia adumbrabatur) comederet, & ab umbra Eucharistiae Regius splendor in eo fulgebatur; semper enim, coe estis mensa regiam virtutem in nobis ingerit; imò ab ea non solum Regia virtute ornamur, sed etiam in nobis ipse caelestis Rex vividissime representatur. D. Chrysofom. homil. 45. in Joan. ait Hic sanguis facit; ut imago in nobis Regia floreat; hic sanguis pulchritudinem, atque nobilitatem anima, quam semper nutrit languere non sinit. Qui hujus sanguinis sunt participes, cum Angelis, & Archangelis, & supernis virtutibus commorantur, ipsam Regiam Christi stolam inducunt; spiritualibus armis, muniti, sed nihil dixit, imò ipsum induit sunt Regem. Vide tom. 3. in evang. cap. 35. quaest. 18. num. 124. 125. 126. 127. & 128. & aliis in locis ubi multa dixi.

QUESTIO XXIII.

Quare dicitur, quod Christus Dominus nos fecerit Reges, & Sacerdotes?

Respondet primò Rupertus hic: Omnia bonitatis dignatio, major corde, & ore nostro, non ad servitutem nos emit tam caro pretio, tam pretioso sanguine suo, sed ut faceret nos regnum, & Sacerdotes Deo, & Patri suo. Vide quanta differentia sit inter Christum, ac homines; homines emunt alios, ut abjectissimos servos, & captivos faciant, ac servitute deprimant, Christus nos emit suo sanguine: Empti enim istis pretio magno, Corinth. 6. n. 20. ut nos ad regnum elevet, ac reges, & Principes constituat.

Secundo. Pergit cit Rupertus: Ut nos faceret regnum, & Sacerdotes, Deo, & Patri suo. Regnum utique Patri suo, & Sacerdotes Deo suo, Rex, & Sacerdos solus erat; Reges, & Sacerdotes facere de servis peccatis, de filiis mortis proposuerat, & idcirco sanguinem fundebat. Christus Dominus simul, & Sacerdos est, utrumque honorem non sibi retinuit, sed suis impertivit, ac communicavit, ut eos simul reges, & Sacerdotes faceret. Regnum utique Patri suo, cui tribuitur omnipotentia, & à quo est omnis potestas, cui omnis nostra potestas debet inservire: Sacerdotes, Deo suo, nam Sacerdos vero deo debet sacrificare hostias, & holocausta offerre, eique soli inservire.

Tertio. Beda: Fecit nos regnum, & Sacerdotes, quia Rex Regum, & Sacerdos caelestis se offerendo pro nobis, nos suo corpori adunavit. Nemo Sanctorum est, qui spiritualiter Sacerdotis officio careat, cum sit membrum aeterni Sacerdotis dominus Jesus fecit nos regnum, & Sacerdotes, in ipso Christo Jesu, cuius quilibet fidelis est membrum à capite nostro participamus, ut reges, & Sacerdotes simus.

Quarto d. Bernardin. Senens. Regnum ipsius Regis ait, qui nos Reges constituit: est regnum omnium saeculorum longi usque aeternitatis inextinguibile: latitudine castitatis incoactabile; altum